



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

Bosschaerts, Willibrord

Mechliniae, 1650

51. De ingressu duorum Evvaldorum in Westphaliam eorumdemque
Martyrio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10958

ra leuiffimè perrupturos declarabatur. Ab hoc dies septimus hebdomadæ **Seater-Deag nos faterdach.**

Super hæc, alia colebant, vt Irminful, cuius mentionem facit Abbas Vrspergenfis in actis Caroli Magni & de origine Saxonum. Erat id armati toto corpore effigies, cuius in dextra signum militare præferens rofam, cuius vt breue momentum, & facilis ortus & interitus, ita & euentus præliorum: in sinistra libram expandebat, dubiam expugnantium sortem facile huc & illuc inclinantem. In clipeo leo, floribus confito campo in quo stabat. Fofte siue Fofite à cuius celebritate Infula Foftilandia denominabatur Stauonè à quo Stauria. Flin positum super pyrote. Mercurium in Walachria celeberrimum &c. Postquam cum Romanis fædera & amicitias inierunt, ab ijs plura mutuarunt.

Contra hæc monstra decertarunt Apostoli nostri non fine vitæ periculo & sanguinis effusione. Has Tartareas illusiones & ignorantias è mentibus gentilium eruere, hoc illo opus, hic labor fuit. Anterius tenebræ operiebant terram & caligo populos, illis aduenientibus, Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in Regione vmbre mortis, lux orta est eis.

DISSERTATIO LI.

De ingressu duorum Ewaldorum in Westphaliam eorumdemque Martyrio.



Odem, tempore, scilicet 693, duo Ewaldi exemplo S. Willibrordi & sodalium exciti, ex Hybernia in antiquam Saxoniam animarum Zelo intrantes, mox aureola martirij decorantur. Et quamuis dissertatione 32. probauerimus eos cum S. Willibrordo in Frisiam non enauigasse, libet nihilominus aliquantulum

quantulum de eis discurrere, tum quod cum eo eiusdem studij, eiusdem professionis sub Egberto Archimandrita (modo Harpsfeldio credimus) fuerint; tum quod in actis Apostolorum nostrorum eorum nomina frequentius occurrant; maximè quod à multis hæcenus creditum sit eos cum S. Willibrordo ex Hibernia soluisse, collegasque apud Frisios venisse. Dabo 1. quæ dedit Beda lib. 5. hist. cap. 11. *Horum (Willibrordi & sociorum) secuti exempla duo quidam presbyteri de natione Anglorum, qui in Hybernia multo tempore pro æterna patria exulauerant, venerunt ad Prouinciam antiquorum Saxonum, si fortè aliquos ibidem predicando Christo acquirere possent. Erant autem vnus ambo sicui deuotionis, sic eii. m. vocabuliz, nam vterq; eorum vocabatur Heuvaldus: ea tamen distinctione, vt pro diuersa capillorum specie vnus niger, alter albus Heuvaldus diceretur. Quorum vterq; pietate religionis imbutus, sed niger Heuvaldus magis sacrarum litterarum scientia erat instructus. Qui venientes in Prouinciam intrauerunt hospitium cuiusdam villici petieruntq; ab eo vt transmitterentur ad Satrapam qui super eos erat, eo quod haberent aliquid legationis causâ utilitatis quod deberent ad illum perferre: non enim habent regem ydem antiqui Saxones, sed Satrapas plurimos sua genti prepositos, qui ingruente belli articulo mittunt aequaliter sortes & quencumque fors ostenderit, hunc tempore belli ducem omnes sequuntur, & huic obtemperant. Peracto autem bello rursus aequalis potentia omnes sunt satrapa. suscepit ergo eos villicus & promittens se mittere eos ad Satrapam qui super se erat (vt petebant) aliquot diebus secum retinuit. Qui cum cogniti essent à Barbaris quod essent alterius religionis (nam Hymnis & Psalmis semper & orationibus vacabant & quotidie sacrificium Deo victima salutaris offerebant habentes secum vascula sacra & tabulam altaris vice dedicatam) suspecti sunt habitâ quia si peruenirent ad Satrapam & loquerentur cum illo, auerterent illum à Dijs suis & ad nouam Christiana fidei religionem transferrent, sicq; paulatim omnis eorum prouincia veterem cogere-*

cogeretur in nouam mutare culturam. Itaque raperunt eos subito & interemerunt; album quidem Ewaldum veloci occasione gladij: nigellum autem longo suppliciorum cruciatu & horrenda membrorum omnium discriptione, quos interemptos in Rhenum proiecerunt. Quod cum Sattapaille, quem videre volebant, audisset, iratus est valde, quod ad se venire volentes peregrini non permitterentur. Emittebat occidit vicinos illos omnes vicumque incendio consumpsit. Passi sunt autem prefati sacerdotes & famuli Christi 5. Nonarum Octobris die; nec martyrio eorum caelestia defuerunt miracula. Nam cum perempta eorum corpora, amni, ut diximus, à paganis essent iniecta, contigit ut hæc contra imperiū fluminis decurrentis per 40. millia fere passuum ad ea usque loca ubi illorum essent socij, transferrentur. Sed & radius lucis per maximus atque ad cælum usque altus omni nocte supra locum fulgebat illum ubicumque ea peruenisse contingeret & hoc etiam pagani, qui eos occiderant, intuentibus. Sed & unus ex eis in visione nocturna apparuit cuidam de socijs suis cui nomen erat Tilmon viro illustri & ad sæculum quoque nobili, qui de milite factus fuerat Monachus, indicans quod eo loci corpora eorum posset inuenire ubi lucem de cælo terris radiasse conspiceret, quod ita completum est. Inuenta namque eorum corpora iuxta honorem martyribus condignum recondita sunt. Et dies passionis vel inuentionis illorum congrua illis in locis ueneratione celebratur. Denique gloriosissimus Dux Francorū Pipinus ubi hæc comperit, adducta ad se eorum corpora condidit cū multa gloria in Ecclesia (iuxta Surijs & Lippeloo marginalia est illa que modo Colonia vocatur S. Cuniberti) Colonia ciuitatis iuxta Rhenū. Fertur autē quia in loco in quo occisi sunt, fons ebullierit qui in eodē loco usque hodie copiosa fluenti sui dona perfundat. Hæc sunt Bedæ, cuius posteriora verba non parum contrariantur traditioni Coloniensium qua credunt martyrum corpora Rhenanis aquis deuecta ad locum ubi nunc in Ecclesia D. Cuniberti Colonia visitur puteus cum hac Epigraphe, prout ex oculatis testibus percepi,

Appulit

Appulit Ewaldos violento gurgite Rhenus
Quos lux alta vehit, huc, vbi fons scaturit.

Infinuant enim 1. Ewaldorum corpora ab interfectori-
bus in amnem proiecta desisse vehi flumine procul à Co-
lonia. 2. Pipinum postmodum iussisse corpora ad se adduci
eaque sepelisse Colonie in templo S. Cuniberti iuxta Su-
rium & Lippeloo; non itaque miraculose Coloniam vs-
que deuecta. De iisdem scribit Warnherus Roleuinc Car-
thusianus Colonienfis in Fasciculo temporum: *Ewaldi duo
sancti presbyteri predicationis gratia de Anglia venerunt in West-
faliam; & in villa suis precibus fontem de rupe traxerunt: & cam-
pum sanctum sic dictum usque hodie consecrarunt in usus pauperum
ubi saepe mira contigerunt contra testamentum sanctorum volentibus fa-
cere & horribiliter plagati sunt Et vocantur ibi vulgariter Domini
nostri de sancto campo vel prato.* Idem libro de laude Westphalo-
rum non dubitat parochiam Laer primiceriam Westphalie
vocare, eo quod certa supersint argumenta vnde constet S.
Ewaldos ibi Apostolatum suum Westphalicum inchoasse.

DISSERTATIO LII.

De loco & anno Martyrij ipsorum.

M Arcellinus hæc recitat: *Duo quidem S. Ewaldi Na-
biam introeuntes, Christum predicando confessi sunt qui
ab inde ascendentes in Saxoniam glorioso martyrio coronati
sunt. Quid, vbi Nabia sit & quo pertineat, à doctis
viris (inquit Molanus) ignoratur; Forsã & ibi cor-
ruptus est Marc. Admisso textu mihi diu cogitati occurrit
apud Tacitum l. 5. Hist. in fine Nabalia fluvius qui facẽ per
opaca fors præferet. Fuit is circa fines Westphalorum, Cliui-
orum*